

AÑO 15. Sábado 14 Agosto de 1875. NÚM. 330.



# BOLETIN OFICIAL ECLESIÁSTICO

del

## OBISPADO DE MALLORCA.

### PARTE OFICIAL.

#### SECRETARIA DEL GOBIERNO ECLESIÁSTICO DE MALLORCA.

*Suscripcion para ayudar al coste de las obras de restauracion de la Sta. Iglesia Catedral.*

	Rs. vn.
Suma anterior . . . . .	149.258 59
Dia 14 Mayo.—El Sr. D. Melchor Vidal Arcipreste de la Santa Iglesia . . . . .	1.159 92
Dia 21 Mayo.—El mismo . . . . .	1.159 92
Dia 3 Julio.—El mismo . . . . .	1.159 92
	<hr/>
	152.738 35

Palma 26 Julio de 1875.—Teodoro Alcover, Srio.

---

#### Circular declarando derogado el decreto que suprimió la sociedad de San Vicente de Paul.

Habiéndose suscitado dudas acerca de si están comprendidas en la regla 5.<sup>a</sup> de la orden del Ministerio-Regencia de 7 de Febrero de este año las aso-

ciaciones piadosas denominadas Conferencias de San Vicente de Paul, S. M. el Rey (q. D. g.) se ha servido declarar que, siendo benéfico é inspirado en puros sentimientos religiosos el objeto de las referidas asociaciones, están comprendidas en la citada disposición, que derogó en cuanto á ella se oponía el decreto de 19 de Octubre de 1868.

De real órden lo digo á V. S. para los efectos consiguientes. Dios guarde á V. S. muchos años. Madrid 1.<sup>o</sup> de Abril de 1875.

**Ex S. Pœnitentiaria Apostolica super dubiis non nullis indictum Jubilæum respicientibus.**

DECLARATIONES.

I. Utrum privilegium concessum in Bulla Jubilæi in favorem navigantium et iter agentium eos respiciat qui, intra præsentem annum non poterunt se recipere ad sua domicilia, seu alio ad certam stationem, quibus prohinde tempus visitationum peragendarum prorogetur, ad eos spectet qui se ad sua domicilia aut ad aliam certam stationem conferre possunt?

R. Indultum pro navigantibus et iter facientibus, qui impediuntur, quominus currente anno Jubilæi opera injuncta pro lucrando Jubilæo exequi possint, extendi etiam ultra annum.

II. Utrum verba *totidem vicibus*, quibus significatur quoties navigantes et iter agentes Ecclesiam Cathedralem vel majorem aut parochialem visitare debent, exprimant quindecim tantum vices an vero sexaginta?

R. Navigantibus et iter agentibus quindecim non vero sexaginta visitationes Ecclesiæ Cathedralis, vel majoris aut Parochialis loci eorum domicilii seu stationis præscribi.

III. Utrum ubi quatuor Ecclesiarum visitationi unius Ecclesiæ visitatio, quater repetita, ex qua cumque causa substituta est, hæ quatuor visitationes ecclesiarum, an vero juxta arbitrium visitan-

tiū aliter et in plures dies distribui possint?

R. Requiri ut per ingresum quater per quindecim dies Ecclesia visitetur.

IV. Utrum lucretur Jubilæum qui conditiones præscriptas adimpleat in aliena Diœcesi, ubi non habet domicilium, si observet ordinationes Ordinarii loci ubi moratur?

R. Affirmative.

V. Utrum lucretur Jubilæum qui confessionem et communionem peragit in aliena Diœcesi ubi non habet domicilium dum cetera opera injuncta in propria Diœcesi adimplevit aut adimplere intendit juxta modum à proprio Ordinario præscriptum?

R. Affirmative.

VI. Utrum lucretur Jubilæum, qui postquam partem visitationum peregit in Diœcesi sui domicilli, in aliam Diœcesim se transfert, ibi novum adquisiturus domicilium, si in ea numerum visitationum juxta præscriptum Ordinarii novi domicilii complet?

Affirmative.

VII. Utrum facultates quas forte Confesarius sive à S. Pœnitentiaria obtinuit sive à propriis Ordinariis subdelegatas habet per modum habitus pro foro interno, et in actu sacramentalis confessionis tantum, eas scilicet vel omnes, vel ex parte quas S. Pœnitentiaria Episcopis concedere solet, perdurent etiam tempore Jubilæi.

R. Affirmative.

VIII. Quid iis agendum, qui antequam visitationes præscriptas impleverint mutant domicilium vel quasi domicilium, ratione ex. gr. officii, servitii, matrimonii, vel alia quacumque de causa?

Opera incepta uno in loco impleri et perfici posse in aliis, ubi quis vitam degere debeat ratione officii, servitii, vel matrimonii.

#### EX S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM.

Antistes auxiliator Episcopi S. ad pedes SSmi. Domini N. Pii Papæ IX humillime provolutus expo-

nit: in Litteris Apostolicis *Gravibus Ecclesiæ quoad plenariam Indulgentiam edici: Annuentes etiam, ut hæc Indulgentia animabus quæ Deo in caritate conjunctæ ex hac vita migraverint per modum suffragii applicari possit ac valeat: ex quibus verbis illi subiisse in mentem sequens dubium: An fidelis, qui, expletis necessariis conditionibus pro lucrando Jubileo, applicare cupiat plenariam Indulgentiam pro alicujus anima defuncti et ipse eodem tempore eamdem consequatur indulgentiam.*

*Ex audientia SSmi. die 25 Aprilis 1875 Sanctitas Sua benigne declaravit Jubilei Indulgentiam cumulative pro se et Defunctis lucrari posse.—Y. Cardinalis Ferrieri, Præfector. Dominicus Sarra, Substitutus.*

(*B. E. de Barcelona.*)

El *Boletín eclesiástico de Salamanca*, inserta la siguiente órden de la Dirección general de Instrucción pública:

«Hay un sello que dice: «Universidad de Salamanca.»—Primera enseñanza.—Negociado 3.<sup>º</sup>—Número 332.—El Ilmo. Sr. Director general de Instrucción pública, con fecha 4 del actual, me dice lo siguiente:—«Vista la instancia en que el Ayuntamiento de la Cabeza de Béjar se queja de que el maestro de dicho pueblo no cumple con las prácticas religiosas establecidas en el mismo desde tiempo inmemorial, y teniendo en cuenta lo dispuesto en el art. 32 del Reglamento de Escuelas de 26 de Noviembre de 1838, esta Dirección general ha dispuesto que V. S. dicte las órdenes oportunas, para que el referido maestro cumpla con dichas prácticas, y si no lo verifica proceda V. S. inmediatamente á suspenderle y formarle el oportuno expediente para su separación.»

Lo que traslado á V. S. para su conocimiento, el del interesado y fines consiguientes.—Dios guarde á V. S. muchos años. Salamanca 12 de Mayo de 1875.—El Rector, Mamés Esperabé Lozano.—Sr. Presidente de la Junta de Instrucción pública de esta provincia.»

*Artículo 42 del Reglamento de Escuelas.*

«En los pueblos donde haya la loable costumbre de que los niños vayan con el maestro á la Misa parroquial los domingos, se conservará, y donde no la hubiere, procurarán introducirla los maestros y las Comisiones respectivamente.»

Obispado de Barcelona.—Teniendo noticia de que va á reimprimirse y publicarse en esta ciudad un libro titulado *Historia del famoso predicador Fr. Gerundio de Campazas (alias Zotes)*, compuesta como se dice por D. Francisco Lobon de Salazar, debemos advertir á nuestros amados diocesanos que no pueden comprar, leer, ni retener dicha obra por hallarse prohibida por decreto de la Sagrada Congregacion del Índice de 1.<sup>o</sup> de Setiembre de 1760. Asimismo advertimos y prevenimos á los fieles que tampoco pueden leer ni retenerse los libros que tratan ó describen cosas obscenas, los cuales están prohibidos por el santo Concilio de Trento en la Regla 7.<sup>a</sup> del Indice; y unos y otros deben entregarse á nuestra autoridad directamente, ó por conducto del Párroco ó confesor.

Barcelona 21 de mayo de 1875. Fr. Joaquin, Obispo de Barcelona.

## PARTE NO OFICIAL.

---

### CASO DE CONCIENCIA.

¿ Debe ser creida la muger que se opone á la celebracion de un matrimonio pretestando que el hombre que lo va á celebrar le tiene dados esponsales á ella?

Esta cuestion, que con tanta frecuencia suele presentarse, ha sido resuelta pór la Sagrada Congregacion del Concilio, con fecha 28 de febrero de 1874, en los términos siguientes:

«Compendium facti. Joannes S. Domo O. Diœcessos B, diu prosecutus fuit amore Mariam Vincentiam C. ejusdem loci. Hoc perdurante tempore Vincentia geminos uno partu pueros edidit. Pertæsus Joannes se ad aliam convertit mulierem, cum qua nuptias inire cupiens, in Parœciali Ecclesia publicationibus de more jam locus fiebat. Hoc ut ad Mariæ Vincentiae notitiam pervenit, sub die 11 Agusti 1869 impedimentum per consuetam inhibitionem apposuit ne matrimonium a Joanne cum alia contraheretur, quia sub promissione de futuro ab ipso corrupta conceperat, duosque pepererat uno partu filios.

Ejusmodi apposito impedimento, ilico Curia tabulas processuales instituere cœpit, testes examini subjiciendo.

Hoc expleto examine, die 23 Octobris ejusdem anni 1869 Curia prælaudata, visis actorum publicatione, et voto patroni fiscalis, atque expleto termino ad percontandum, comperendinavit causæ decisionem ad diem secundam ejusdem mensis, qua hanc definitivam sententiam protulit: «Dicimus et pronunciamus, observationes productas a Maria Vincentia adversus statum liberum Joannis, non constare, ideoque Joannem liberum esse ad contrahendum matrimonium cum alia; et quisquis litis proprias expensas sustineat ob debilitatem mulieris.»

Ab hujusmodi sententia statim appellationem Maria Vincentia ad Sacram Concilii Congregationem interjecit, quæ actis de more agendis, et præfixo partibus termino ad deducenda ulteriora sua jura si vellent, causam coram EE. Cardinalium conventu disceptandam proposuit.

«Atque de officio hæc pro muliere animadversa fuere.»

Sponsalia, quæ suapte natura mutuam futuri matrimonii promissionem unice desiderant, inter eos contractus indubitanter adnumerantur, qui nudo consensu perficiuntur (1). Dummodo itaque contra-

---

(1) «Sufficiat secundum leges solus eorum consensus, de

hentium consensus exterius ac sensibiliter manifestetur, nulla alia solemnitas, nullaque peculiaris verborum conceptio præscribitur. Quapropter ad sponsalium existentiam evincendam satis esse debet, ut de mutuo consensu contrahentium quomodocumque manifestato doceatur. Jamvero præsto esse argumenta et conjecturas non leves, ex quibus emergere videtur ejusmodi reciprocus consensus.

Et 1.<sup>o</sup> Testes de re non dubiam fidem faciunt; unus enim affirmat, «Joannem in ea constanter permansisse intentione ut sibi Mariam matrimonio copularet; alias dicit, adeo Joannem ea in sententia perstisset, ut cum pater amovere illum non posset, sclopetum in filium exploserit; hic, Mariam unius Joannis amore fuisse captam, aliisque amoribus induxisse se numquam audivisse; ille, Joannem velle in uxorem Mariam ducere, etsi pater alias nuptias, et pinguem dotem ei parare vellet.» At ex relatibus testimoniis sponte eruitur, Joannem promissoris vinculo fuisse detentum ne a Maria resiliret, secus quomodo paternæ voluntati adeo obstinate reluctari potuisset? (1) Testes equidem de mutua pro-

«quorum coniunctionibus agitur.» Ex Cap. sufficiat 27. Quæsti. 2. Rota in Majoricen. Sponsalium 20 Januarii 1712. Lex autem habetur L. 1. ff. de Sponsalibus: «Sufficit nudus consensus ad constituenda Sponsalia.»

Et: «Sponsalia sicut nuptiae consensu contrahentium fiunt.»

(1) Doctores universi tenent, filios, inconsultis parentibus, vel justa de causa repugnantibus, matrimonia contrahentes graviter peccare. De parentum enim consensu matrimonia a filiis esse ineunda, præter jus naturale, a Paulo Ap. diserte assertur dum 1. Cor. VII, 38, inquit: «Qui matrimonio jungit virginem suam bene facit, et qui non jungit melius facit;» tanquam si totum negotium in patris positum sit arbitrio. Jus naturale, divinum, ecclesiasticum et civile ejusmodi matrimonia detestantur; et magna incommoda ex iis oriri solent, ut experientia constat.

Concilium Arelatense IV an. 541. can. 22 declarat «matrimonium contra voluntatem parentum impie copulari.»

Tertulianus lib. 2. ad uxor. cap. 9, dicit: «Nam nec in terris filii sine consensu parentum recte et jure nubunt.»

missione non deponunt; at ad valide sponsalia contrahenda sufficit privata promissio et acceptatio,

Concilium Coloniense an 1530: «Optandum. ut tollantur clandestina matrimonia quæ, invitis parentibus ac propinquis, Veneris potius quam Dei causa contrahuntur. Nam quanta ex his mala suboriantur in aperto est. Interea vero si non irrita, prohibita saltem sint, et pœnae canonice, id est excommunicationi contrahentes, et qui eis ope et consilio adfuerunt, subjaceant.»

Quin imo per duodecim priora sæcula jus civile dissensum parentum habebat veluti impedimentum dirimens matrimonium filiorum familias, nullimode id Ecclesia improbae, ut testantur plurimi, inter quos Benedictus XIV. De Synodo Diœc. lib 9, cap. XI, dicens: «Utrasque civiles leges, tam videlicet quæ servorum, quam quæ filiorum familias solo contrahentium consensu inita matrimonia infringebant, quondam ratas habuit Ecclesia. Reapse Inst. tit. de Nuptiis par. 1, legitur: Si filii familiarum sunt, consensum habeant parentum, quorum sunt in potestate. Si adversus ea quæ diximus aliqui coierint, nec vir nec uxor, nec nuptiae, nec matrimonium, nec dos intelligitur.» Verum haec leges fuere per Ecclesiam abrogatae, et Concilium Tridentinum, Sess. 24, cap. 1, de reformatione matrimonii excommunicationis sententiam tulit in eos qui ejusmodi matrimonia irrita in posterum declararent: «Eos Sancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata esse negant, qui que falso affirmant matrimonia a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita esse... Nihilominus sancta Dei Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est atque prohibuit.»

Attamen ex quibusdam causis satis raro urgentibus excusantur filii si invitisi aut inconsultis parentibus matrimonium contrahant, si scilicet 1. Parentes filiis prohibeant conjugium in genere 2. Vel causa majoris dotis nonnisi indignam mulierem, vel hæreticam ei dare velint, aut uxorem ægram, turpem (brutta), imprudentem, vel durioris conditionis, seu asperam, cum qua filius credat difficulter se pacem habiturum. 3. Si filius a parentibus plus justo opprimatur, aut ideo conjugium prohibeant quia volunt ut filius hanc vel illam ducat contra ejus inclinationem nequaquam ducendam, attentis gravibus causis, à quibus movetur filius ad hujusmodi matrimonium recusandum. Si demum parentes procul distent, nec aliud absque gravi incommmodo illos admonere valeat, et aliunde credere possit eos libenter esse assensuros.

quin ullimode necesaria sit testium præsentia. De cetero centies et millies dum amassii amoribus indulgent promittere matrimonium solent, de futuro matrimonio plerumque loquuntur, quin immo ejusmodi intentione vir mulieris amorem sibi ab initio conciliat; mulier ejusmodi spe amorem suum viro obligat. Quomodo ergo negari potest, nullam inter Joannem et Mariam matrimonii reciprocam intercessisse promissionem? Quid vero, quod Joanni tribuendum videatur inlatum Mariae stuprum et quod uno partu duos in lucem filios ediderit? Id enim dissentis verbis mulier affirmat, cui fides certe est adhibenda, cum incredibile sit eam Joanni tribuere voluisse factum quod ab illo patratum non fuerat; ejusmodi enim calumnia nedum assecuta matrimonium non fuisse; sed sponsi animum a se avertisset omnino; quomodo enim hic uxorem ducere potuisset eam, quæ tantam sibi irrogabat calumniam, quæque ore se damnabat, suo, dum prægnantem se revelans ab alio fuisse viro cognitam ultro fatebatur? Nonne deinceps cum uno Joanne protaxit amores? Joanni igitur Mariæ defloratio est tribuenda. At quis unquam in animum inducat suum ut credat, Mariam puellam aliunde honestam, ejus cesisse libidini nisi ab eo promissionem futuri matrimonii accepisset? Hoc enim plerumque contingere solet; sed fere semper in matrimoniiis, quæ parentes ambo vel unus aversantur; tunc enim sponsi ut matrimonium necessario inire possint ad ejusmodi sane detestandum remedium facillime confugiunt. Cum igitur constet, Joannem consilii sui fuisse tenacem, etiam contra apertam patris voluntatem, ut matrimonium cum M. Vicentia iniret, si hæc honori suo non percipit, certe ut matrimonium promissum consequeretur, quomodo negari potest aut dubitari de reciproca matrimonii promissione?

Equidem de promissione mulieris certa neque in testium depositionibus, neque in facto sententia habetur, at rationabiliter de ea dubitari nequit. Nonne enim luxit Vincentia vix scivit Joannem a Patre gravissime fuisse reprehensum, in eumque igneum

tormentum explosum? Nonne deflorationi suæ assensum præstítit? Nonne cum eo tantummodo amores diurnos inivit? Id vero quo modo sine reprobmissione futuri matrimonii cogitari potest?

Neque quis dicat, hæc omnia conjecturis inniti, non manifestæ probationi; nam simplex conjectura non est illa quæ in amoris facto fundatur, quando præsertim non intercedit conditionis disparitas; ideo enim amores personæ liberæ instituunt ut deinceps ad matrimonium deveniant, ideo puella in suam deflorationem consentit, ut deinceps sponsus necessario eam ducere, etiam superiorum auctoritate, cogatur (1).

Sed esto ejusmodi sponsalia conjecturis inniti; attamen gravissimam esse nemo diffitebitur; ac conjecturas gravissimas, quales profecto sunt virginis honestæ defloratio, et amores protracti, et publica fama, sufficere ad evincendam sponsalium existentiam doctores passim tradunt. Inter ceteros Cons cius de sponsalibus filiorum familias, Decis. xxviii, num. 13 et 14. «Si hæc (puella) consensum præbuit, »ut suæ virginitatis jacturam faceret, utique facto »ipso, quod verbis est potentius, reprobmissionem »suam præstítit; ac sola spe futuri oblati conjugii »honesta mulier id gessisse præsumitur» (2).

Quoad vero publicam famam et protractos amores.

(1) Id revera experientia constat; sed et illud experientia constare scio viros a ducendis pueris in uxores resilire, quæ in suam deflorationem assensum ultiro præstilere. Ejusmodi plurima facta novi, Parochorum proinde sit pueras de hujusmodi facto monere. Spónsi enim ita ratiocinari solent: si carissima puerula mea non erubuit de peccato, cum ex virginitatis jactura et conceptione inmensum dedecus sibi poterat inferre, erubescet ne cum post matrimonium, marito suo tribuere tuto potest quæcum alieno viro perpetrat? Et meo quidem judicio non adeo inepte ratiocinantur, saltem ordinarie loquendo.

(2) Plurimos pro sua sententia cit. auctor doctores allegat. Advertendum tamen est, cum ibi loqui de puerula, cui explicita ab amasio futuri matrimonii promissio facta fuerat; auctoritas proinde adducta nullimode Vincentiæ favet, ut ex dicendis patet.

id ipsum cit. auctor affirmat Decis. 3, num. 17 inquiens: «Ex familiari inter sponsos consuetudine diu continuata... publica invaluit fama de sponsalibus jam perfectis, quæ summopere attendi debet, »nec adversus ea (id est præmissa indicia) exceptiones amplius admittuntur» (1).

Cum itaque ad evincendam sponsalium existentiam Vincetiam inter et Joannem validissimæ existant coniecturæ, cassanda undeque videtur Episcopalis Curiæ O. sententia, quæ ea non existere judicavit.

«Quæ contra sponsalium existentiam pro Joanne disputata fuere.»

Imprimis notatum fuit, exploratum undeque esse ad statuenda sponsalia, utpote quæ futuri contrahendi matrimonii obligationem pariunt, prohibeque nativam adimunt libertatem, non sufficere simplex quoddam propositum et velleitatem, sed certas evidentesque exigi probationes, ita ut indubitanter appareat formalis utriusque partis consensus (2).

---

(1) Et etiam hæc decisio nullimode Vincentiæ faveat: nam in ea agitur de perfectis sponsalibus coram Parocho celebratis, etiam mediante annulorum permutatione, a quibus sponsus resilire volebat, quod subinde per trienium de iis amplius locutus non fuerat. Neque faveat regula generalis; protracti enim amores per se arguunt voluntatem matrimonium ineundi, non sponsalia, nisi alia intersint adminicula ad ea probanda. Atque idem de fama dicito. De cetero allegatus auctor Decis. 50 numer. 2 inquit: «nisi plene et concludenter appareat de mutuo utriusque partis consensu, animoque deliberato actu sese obligandi ad ineundum matrimonium, numquam dici potest de spensalibus constare.»

(2) *Citra controversiam est*, inquit Sanchez De matrim. Disp. V, n. 1, «desiderari mutuam promissionem, ut sponsalia sint; et ratio est, quia cum sponsalia sint prævia matrimonio, quod utriusque contrahentis vinculum desiderat, ipsa quoque necessario exigunt mutuam promissionem, et utrumque vinculum. Satis tamen est ut re promissio alterius tacita sit per aliqua signa quæ ipsius promissionem indicent.»

Sed 1, quid si alter fidem det de matrimonio ineundo, alter

At vero has probationes in themate desiderari, et simplex dumtaxat adesse propositum in propatulo est; probationes enim desumi non possunt neque ex testibus, neque ex Joanne et Vincentia, neque ex hujus defloratione.

Non à primo capite; nam ex adductis testibus unus quidem de ejusmodi promissione verbum facit,

---

vero non reppromittat, sed acceptet dumtaxat promissionem inquendo ex. gr. *placet*, vel *accepto*, vel *gratias tibi ago pro beneficio in me collato*: hæc acceptati censenda ne est reppromissio, et proinde sponsalia ejusmodi sunt ne valida putanda?

R. Digladiantur Doctores. Sed probabilior sententia tenet, sponsalia hoc modo contracta non esse valida, quia simplex acceptatio censenda non est vera reppromissio, qualis requiritur in sponsalibus. Acceptans enim illam promissionem potest acceptare in quantum est in sui favorem, nempe ut solum promittens ipsi obligetur, et non in sui præjudicium ut ipse patriter obligetur.

Sed 2, quid si promissionem acceptans intendat per illa verba matrimonium reppromittere?

R. Teneri certe in foro ad matrimonium contrahendum, quia vere reppromisit. 1. Nam verba ambigua secundum intentionem proferentis accipiuntur. 2. Quia verba habent vim obligandi, quatenus explicant consensum internum, et contractus ex intentione legem accipiunt. 3. Quia hæc obligatio est lex quædam particularis, quam homo sua sponte sibi imponit; obligatio autem legis a legislatoris mente pendet. In foro antem externo a judice obligari non potest, nisi de intentione constet; nam in foro externo non statur intentioni contrahentium, cum ea Ecclesiam lateat, sed communi verborum intelligentiae, atque utraque pars cogenda est in eo sensu verba retinere, quem communiter recte intelligentibus generare solent.

3. Is qui fidem dedit, obligatur ne ad contrahendum matrimonium, altero minime obligat?

Resp. vel promissio matrimonii sit gratis, et per modum cuiusdam liberalis promissionis, nulla ex justitiae debito expectata reppromissione; vel sit non gratis, sed respective, et per modum contractus conditionalis expectantis alterius reppromissionem, ut in omnibus contractibus obligatoris contingit.

Si 1. Tunc altero acceptante promissionem, nec reppromittente, solus promittens obligatur, non vi sponsalium quæ aut utramque partem obligant, aut nulla sunt; sed vi promissionis liberalis, quæ acceptata cum sit obligat promittentem.

sed solummodo testimonium perhibent, quod Joannes in eo erat proposito ut in uxorem Vincentiam duceret; hic enim dicit, «se nihil de ejusmodi promissione scire;» ille «numquam quid audivisse de talibus sponsalibus;» alius, «Joannem a ducenda in uxorem Vincentia alienum fuisse, quod affirmaret ab iis nuptiis deterreri honoris causa.» Utique duo testes affirmant Joannem, posthabita patris sui voluntate, constantem fuisse in voluntate sibi Vincentiam matrimonio copulandi.» At id nil aliud revelat, nisi Joannis propositum, non inita sponsalia (1); quod etiam propositum a Joanne fuisse immutatum, constat ex teste fide omnigena digno (2).

Si 2. Necessaria est omnino re promissio alterius: quare dum ea non accesserit, prior promissio non est efficax ad obligandum, et promittens tuta conscientia potest a fide praesita resilire. Matrimonii enim promissio non est gratuita et liberalis donatio, sed contractus onerosus, qui proinde habet tacitam conditionem, si alter similiter se obliget; ac proinde non se obligante, nulla consurgit ex priore promissione obligatio. Adeo, quod dum celebratur contractus obligatorius, antequam utraque pars se obliget, nondum est contractus perfectus; si ante perfectionem contractus libere potest alteruter resilire.

(1) Innumeri porro Doctores tradunt, nudum propositum etiam verbis expressum non constituere sponsalia. Audiatur Cosci lib. cit. Decis 49. *Ex quibus sane verbis* (quod scilicet Nicolaus saepe suam manifesterat voluntatem ducendi in uxorem dictam Angelam, seu quod optabat cum ea matrimonium contrahere) «nequit ulla promissio argui de contrahendo matrimonio, sed illa, cum praeferat potius voluntatem imperfектam et de futuro, non sunt apta ad inducenda sponsalia.» Sed definitio Sponsalium id ipsum melius probat.

(2) Etenim doctores tradunt, ob fornicationem sponsæ sive præcedentem sponsalia, sive subsequentem, posse spousum ipsa sponsalia dissolvere, etiamsi sponsa fuerit vi oppressa. Quandoquidem per tales fornicationes sponsæ sit notabilis mutatio ex parte ipsius, cum reddatur notabiliter vilior, et probosum viro videatur tales ducere uxorem. Id vero sine ulla dubitatione si sponsa voluntarie fornicationem admiserit præsertim post sponsalia.

Neque obstat quod in Cap. Quemadmodum 25 de jurejuringando dicatur: «Si quis juraverit se duci turum aliquam in ux-

Frustra igitur ad evincendam sponsalium existentiam testes adducuntur.

Quid vero ipse Joannes? Semper, constanterque negavit se fidem suam Vincentiæ obligasse.

Contrarium utique affirmat mulier, sed numquam valuit ea quæ dixit probabili ratione munire.

Quod enim Joanni tribuerit conceptionem duorum

»rem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, sed »subsequentem, ut illam non ducat in conjugem;» nam ejusmodi textus est intelligendus de fornicatione præcedente a sponso cognita antequam sponsalia iniret; stante autem hac cognitione omnino juri suo cessit et fornicationem condonasse dicendus est.

Similiter sponsus dissolvere sponsalia potest ob amplexus, tactus in honestos, oscula et similia a sponsa libere et voluntarie admissos, talis enim sponsa censemur impudice vivere; unde sponsus merito recedit, cum eam sine gravi dedecore ducere non possit.

Sententia pariter probabilior docet, posse sponsum dissolvere sponsalia ob fornicationem sponsæ eliam si et ipse fornicationem admiserit, quia turpior est fornicatio et quælibet impudicitia admissa a fœmina quam a viro multoque ignominiosius est viro talem fœminam ducere, quam huic tali viro nubere; addatur quod ratione fornicationis fœminæ, non viri, proles redditur incerta.

Attamen et Sponsæ innocentii licebit a sponsalibus cum fornicario sponso resilire 1. Si sponsus cum pluribus fornicatus fuerit, et valde vitiösus in hoc deprehendatur; rationabiliter enim timere sponsa potest ne minus se sit amaturus et servaturus fidem. 2. Si ex unica fornicatione sponsus prolem suscepit, quia tunc præter notabilem mutationem, matrimonium difficilius redditur ob discordias, quæ ratione proli evenire solent. 3. Si oscula, tacitus et amplexus impudicos sponsus cum alia frequenter habeat, ita ut sponsa justum de iis concipiatur horrorem; hi enim actus sunt violationes apertissimæ fidei dæfæ; experientia porro constat, sponsos incontinentes fieri maritos incontinentissimos, et infeliciissimas uxores reddere; cum quibus prohinde jure meritoque sponsalia potest sponsa dissolvere.

Joannes noster ergo juste et licite a sponsalibus cum Vincentia recessisset, etsi contraxisset, 1. quia de facto illa alios viros in sui amicitiam admiserat; 2. quia aliis tribuebatur fornicatio Vincentiæ et non uni Joanni.

uno partu filiorum, deflorationem nempe suam sub promissione futuri matrimonii, res admodum est incerta.

Quandoquidem 1.<sup>o</sup> ex depositione testium constat, non uni Joanni deflorationem illam fuisse tributam, sed etiam aliis.

2.<sup>o</sup> Non unum Joannem fuisse qui Vincentiae amicitia frueretur, sed etiam alios juvenculos ejus domus frequentantes, quos mater ejus non ejiciebat affirmans, *mulierem esse omnium obsonium* (era piatto per tutti). Qua de causa in casu deest spectata undeque mulieris honestas (1).

3.<sup>o</sup> Sed esto quod auctor fornicationis fuerit Johannes; unde sperare poterat Vincentia se ab eo ductum iri in uxorem, cum probe nosset ab uno teste, qui omnem adhibuerat operam ut matrimonium illud conciliaret, Joannem nolle prorsus matrimonio in-eundo assentiri et quidem ob honoris seu honestatis praetextu? Si igitur Vincentia consensit, sponte volensque consensit: *volenti autem et consentienti non fit injuria.*

4. Argumentum autem ex publica fama et partium dicteriis desumptum non valere ut Joanni stuprum possit imputari ad effectum sponsalium, tradit

(1) De cetero hi testes et ex alio capite excluduntur. Ut enim fidem de initis sponsalibus facere possint, debent referre *quomodo, ubi, quibus ve verbis* fuerint contracta; afferre scilicet suae scientiae causam. Nam *Testis causam sui testimonii dicere debet.*

Et: «*Dictum testis sine redditione causae non probat L. Sodlam 3.*» Cod de testibus.

Sed dices: Nonne Vincentiae est adhibenda fides se constitutam affirmanti a Joanne sub promissione futuri matrimonii?

Resp. cum saepè cit. Consci Decis. 49: «*Stuprum sub fide matrimonii non probatur per solam assertionem fœminæ superpositæ stupratæ præsertim contra juramentum viri se stuprum comisisse negantis.*

»*Ex assidua familiaritate a viro habita in propria domo cum fœmina... etiam diu continuata non emergit probati quod inter eos contracta fuerint sponsalia, maxime si fœmina etiam cum aliis amasis familiaritatem habebat.*»

Rota in Majoricen. coram Bussio 9 Aprilis 1757. Et merito; agitur enim de imponenda obligatione gravissima, ut est matrimonium, cui adnexum est Sacramentale vinculum; ad quod probationes gravissimas et evidentes requiri nemo est qui ignoret.

Quocirca de justitia et validitate sententiae Episcopalis Curiæ O. ambigi non posse videtur.

Quibus perpensis S. Concilii Congregatio ad dubium:

*«An Sententia Curiæ O. sit confirmanda vel infirmenda in casu.»*

Respondere censuit.

*Sententiam esse confirmandam, et amplius.»*

Ex quibus colliges:

1.º Nudum propositum matrimonii ineundi etiam mutuum non inducere obligationem sponsalium.

2.º Ad illam inducendam requiri mutuam mentionem promissionemque futuri matrimonii aliquo sensibili signo expressam.

3.º Famam, vulgique rumores, nisi alia adsint adminicula, satis non esse ad probandam sponsalium existentiam.

4.º Sponsalia ad effectum coactionis requirere indubiam probationem mutuae contemporaneæ reprobmissionis de præsenti, probationem scilicet concludentem et in suo genere perfectam» (1).

*(El consultor de los Párrocos.)*

### CRÓNICA DE LA DIÓCESI.

Dia 10 de Julio fué nombrado Ecónomo de la parroquia de Sansellas el presbítero D. Antonio Coll que lo era de la de La Puebla: y para cubrir esta vacante fué nombrado el dia 12 siguiente el presbítero D. Bartolomé Florit.

Dia 31 de Julio cesó por renuncia en el cargo de Vicario *in capite* de Llorito el presbítero D. Guillermo Oliver siendo reemplazado el 1.º del actual por D. Antonio Soler y Terrasa titular de dicho pueblo.

(1) *Acta Sanctæ Sedis, volum. 8, fasciculo 90.*